



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De ijs qui exco[m]municantur propter hæresim cap. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

*De iis, qui excommunicantur
propter hæresim. Cap. 5.*

Non tantum heretici, sed etiam qui sciunt aliquem hereticum pertinacem, publicum vel secretum, & non illum denunciant Inquisitoribus in iure excommunicantur. * Secundo. Eadem censura plectuntur Inquisitores, & eorum Vicarii, atque Episcoporum substituti ad executionem inquisitionis, quando contra eorum conscientiam, vel iustitiam alicui heretici crimen imponunt, vel non procedunt contra quem debent, & hæc excommunicatio est reservata Papæ. * Tertio. Excommunicantur iudices, Domini, locorumque Rectores, & Prouinciarum, quando non obediunt Inquisitoribus, vel Episcopo circa heretici inuestigationem, aut carceri de-

putatum, carceri non tradunt, vel statim postquam relictus est brachio sæculari non puniunt debita pœna, vel è carcere sine Inquisitoris, vel Episcopi licentia liberant: Cum se immiscant in cognoscendis hæreticorum causis, cum directè vel indirectè processum, vel sententiam impediunt, aut demùm, cum Inquisitori, vel Episcopo se opponunt in hæretici causa, & hæc excommunicatio est Episcopalis. Si verò hæreticum vt talem defendunt, est excommunicatio Bullæ Cœnæ Domini. * Quartò. In illam excommunicationem Episcopalem incurrunt etiam, qui auxilium, vel consilium huiusmodi potestatibus præbent. Vide sup. lib. primo cap. 19.

De Apostasia, & Infidelitate.
Cap. 6.